



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CLXXIV. Civitatis Castellanae fideicommissi. De eadem materia, An
transactio obstet fideicommissario jure proprio venienti independenter à
transigente.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

actione, quo tempore attento, certum est huiusmodi articulum esse magis dubium.

Quarto fortissimè, quia Princeps Mantuæ de plenitudine potestatis dicto fideicommissò seu majoratu derogavit; Et licet responderi possit, quod juxta plurium opinionem, id non esset Principilicium nisi ex juxta causa respiciente publicam utilitatem maximè in feudis, & bonis Ecclesiasticis ab ejus jurisdictione exemptis, Attamen, ultra quod contraria opinio videtur magis in foro recepta, ut disc. 148. sub tit. de Regal., durum ac periculosum est de Principis potestate disputare, maximè coram ejus Magistratibus, ut in suo Senatu.

Ideoque simul combinando omnia dicta motiva, quorum relevancia vel probabilis dubietas in uno ad transactionem sufficendam sufficeret, satis dubitari potest, quod illa sit sustentabilis, dum hodie ob scribentium numerum, ac opinionum, & decisionum varietatem, ferè nihil in jure clarum dici potest, atque litium eventus semper sunt incerti, ut vidimus in dicta alia Mantuana feudi disputata in Roma coram Verospio super puncto successione, an scilicet illa solis masculis deberetur, vel etiam feminæ in eorum exclusionem concurrere possent, quoniam stante regulari natura feudorum in genere, ac etiam stante particulari natura, seu observantia istorum feudorum Mantuæ ex deductis per Surd. conf. 502., & in duabus plenis, ac doctis Senatus Mantuani decisionibus, unà cum subsequuta observantia annorum 300. & ultrà, aliisque circumstantiis concurrentibus, ad veritatem etiam reflectendo, pro claro & indubitato credebatur successione solis masculis debitam esse non autem feminis in masculorum exclusionem, & nihilominus eventus docuit contrarium, quia pro femina in masculi exclusionem responsum fuit, ut in decisionibus 29. Novembris 1655. & 25. Maii 1657. coram Verospio, ut advertitur sub dicto tit. de feud. disc. 11., Sive enim bene, sive malè, ita sequutum sit, hoc unum est, quod causarum exitus, quocies pendente à nudis articulis juris, sunt semper incerti, ideoque transactiones de facili sustinentur, cum in dubio pro eis sit præsumptio, ac respondendum veniat, ut in his præcis terminis transactionis factæ per fideicommissi possessorem, ut successoribus fideicommissarii præjudicet, dictum fuit in dicta Romana successione de Comitibus 26. Junii 1647. & 26. Junii 1648. coram Ahulerio, & in aliis.

Quare his stantibus, cum res suas habeat difficultates, consultius omninò puto agere, contra hæredes Pirri Mariæ, qui primum actum præjudiciale fecit, non autem contra Ducem potentiorum Adversarium, Atque cum dictis hæredibus, quatenus honesta concordia occasio se offerat, illam non respuerem, cum res suas difficultates habere possit; Cum præsupposito tamen, quod 900. bubulchæ terræ per dictum Ducem Joanni Sigismundo in ultima concordia assignatæ, cedant ad commodum & beneficium majoratus, cum omnes supradictæ conclusiones de transactionis sustinenda, procedant cum præsupposito, ut quod ex transactione percipitur fideicommissariorum commo cedat.

CIVITATIS CASTELLANÆ FIDEICOMMISSI

PRO

DOMINICO TENALIA.

Consilium pro veritate.

De eadem materia, An transactio obstat fideicommissario jure proprio venienti independenter à transigente.

S Y M M A R I V M.

- 1 **F**acti series.
- 2 **T**ransactio non bona fide inita non præjudicat successoribus in fideicommissò.
- 3 **S**ecus si fiat bona fide.
- 4 **D**eclaratur opinio Castil. & aliorum Hispanorum.
- 5 **Q**uid in feudis.
- 6 **P**relatio masculorum feminis intelligitur discretivè in qualibet linea.
- 7 **F**ideicommissum quod pendeat ex conjecturis dicitur dubium.

D I S C. CLXXIV.

Britius instituit Felicem fratrem, ejusque filios masculos in infinitum, atque masculis non extantibus feminas & descendentes pariter in infinitum, hisque etiam deficientibus, substituit filios Lepidi & Andronici pariter fratrum, eorumque successores in infinitum cum prohibitione alienationis, ac dispositione, quod bona semper stent firma pro cippo, quodque filia femina succedere non valeant nisi deficiente sexu masculino.

Decessit post testatorem Felix condito testamento, in quo instituta Flamminia unica filia superstitite in dote, seu legitima, hæredes scripsit dictos Lepidum & Andronicum fratres, & sequuta deinde morte Lepidi, superstitite Andrea, inter istum ac Andronicum ex una, & dictam Flamminiam ex altera orta est hæc tam super hæreditate Felicis, quam super fideicommissò Britii, composita deinde per concordiam, per quam Flamminia assignata fuit medietas bonorum utriusque hæreditatis; Mortuis autem dictis omnibus transigentibus, superstitibus solum Dominico unico masculo Andronici filio, & Maria filia Flamminia, prætereptæ cepit Dominicus veniens jure proprio ac independenter ab Andronico patre, vel Andrea patruè, se utpotè à dicta concordia non adstrictum vindicare posse à Maria bona spectantia ad fideicommissum Britii, illi innixus fundamento, quod cum testator voluerit ejus bona semper firma stare pro cippo, atque filias feminas non succedere, nisi deficiente sexu masculino, hinc resultaret ejus vocationem esse claram in exclusionem Flamminia seu Mariae feminarum. Ideoque

L 4

transa-

transactionem utpotè in re non dubia emanatam tanquam collusivam, & mala fide initam sibi non obtinere ad text. in l. Imperator ff. ad Trebell., & firmant scribentes ad facietatem cumulati per Castill. 8. tom. controv. cap. 36. §. 2., ac firmavit etiam sapè Rota, præsertim in Bonon. fideicommissi de Blanchis, coram Rotas inter suas dec. 387. & 343., in Romana fideicommissi de Maximis 11. Januarii 1649. coram Cerro dec. 272. num. 21. par. 10. res. & in aliis.

Me tamen super ista ejus præensione pro veritate consulto, & an expediret litem promovere, respondi non levem difficultatem contra ipsum sentire, proindeque non de facili litem susceptionem consulere; Licet enim vera sit dicta conclusio, cuius fundamento innixi aliqui Consultentes ad litem impellebant, ut scilicet transactio super re parum dubia, utpotè collusiva, & mala fide inita non obliget successores iure proprio, ac independentem venientes, Attamen verissima etiam ac passim recepta est altera opposita conclusio, ut quoties agitur de re dubia, valde per fideicommissarium vel alium legitimum defensorem transigatur, quodque transactio bona fide inita obliget etiam successores independentem, & iure proprio venientes, ut allegatis Peregrin. Fusar. Cyriaco & reliquis bene firmatum habetur in Romana successioni de Comitibus 26. Junii 1647., & 26. Junii 1648. coram Ghislerio, quarum posterior est dec. 228. par. 10. res., & que reputantur in materia magistrales frequentissime in aliis canonizata, præsertim dec. 152. num. ultimo, & 253. num. 11. post Zacch. de oblig. Camer. Romana manutentionis 27. Martii 1658. coram Albergato, & in aliis, de quibus disc. preced., cum hodie sit conclusio plana, proindeque remaneat solum quæstio potius facti quam juris. in inspicendum scilicet, an in casu bonæ vel malæ fidei versetur pro applicanda una vel altera propositione, utraque vera.

Et licet Castillus dicto 8. tom. controv. cap. 36. §. 2., ac ceteri apud eundem, in casu etiam bonæ fidei contrarium verius dicant, Attamen, quicquid sit de substantia talis opinionis in eorum casu, ipsi loquuntur in terminis majoratum, & primogeniorum Hispaniæ, in quibus, vel ob Regiam auctoritatem, cum qua fieri solet erectio, qualiquod absque eadem facultate super eis contrahi non valeat, vel ob leges municipales, sive ob receptam consuetudinem, est opinio fundata in peculiari illorum primogeniorum ac majoratum natura non extendenda ad reliqua fideicommissa iure communi regulanda.

Quod etiam habemus in feudis utriusque Sicilia, in quibus ob peculiarem, ac magis strictam prohibitionem resultantem à Constitutione Constituentium diæ memoria, transactio absque Regio assensu non sustinetur, quoties percutit obligationem ipsius corporis feudi, quamvis istud penes feudatarium remaneat, atque bona fide fiat, licet de iure communi secus receptum sit, ut disc. 49. sub tit. de feud. cum similibus.

Pendente igitur decisione à puncto bonæ vel malæ fidei, cum ista regulanda sit à magis probabili vel improbabili dubietate eventus litem super fideicommissi pertinentia; Hinc proinde prudenter transigentes se gessisse videntur, quia probabiliora videbantur jura Flamminia, dum ejus vocatio erat literalis antè vocationem si iorum Lepidi & Andronici in illis verbis; Hà instituto Felice è suo figlioli in infinito, & in evento non vi fossero maschi, succedano le figliole femine, e descendenti da esse in infinito, li quali non estanti hà sostituito li figli di Lepido, & Andronico,

ex quibus verbis vocatio dicta Flamminia tantum bar literalis, unde si quæ latio vel malicia in iustmodi transactione considerari possit, illa potius concurreret ex parte Flamminia, seu Maria.

Nec obtinere videbatur, quod testator perpetuum bonorum permanentiam pro cippo desideraret, cum expressa dispositione, quod filii, legitimi, & illegitimi, cedere non valeant, nisi deficiente semel maleficio. Dicebam enim huiusmodi dispositionem per se non casum, in quo defectus descendentibus masculis faminis Felicis prædicti, transitus fieret ad feminas dilectas Lepidi & Andronici, in quibus non nisi voluit eundem ordinem, quem jam in litem dilecta Felicis servaverat, & sic dicta dispositio intelligenda veniebat discretive, & in quibus litem ita etiam assistente juris recepta propositione, scilicet vocatis masculis & feminis cum ordine relationis, id intelligatur discretive, & in quibus linea, ita ut femine lineæ admittat vincat masculinæ admittenda nisi expressa vel competens mens testatoris repugnet ex dectis per Peregrin. deicom. art. 26. & ibi late Censal. in addit. ad Rotamell. dec. 34. & seq. Burat. & adden. deq. deq. dec. 249. par. 7. res., & admittitur apud Ortolan. dec. 177., & in eadem Terracinen. de Pileis in 16. 16. 18. coram Ghislerio dec. 483. par. 10. res., in quibus contrarium firmatur ex diversa testatorum præcedebat dispositio clara, unde aliter diverso intellectu resultaret repugnancia, sed in tantæ correctio in dubio non præsumenda, quæ deque facilius dicta propositio intrabat.

Et nihilominus ubi etiam subtilizans potuisset ex conjecturis diversam voluntatem testatoris deduci ad prædicta propositionis limitationem, ac subitanam correctionem inducendam, argari non posse dicebam casum esse dubium, cum semper dubium dicitur illud fideicommissum, quod ex conjecturis deduci prætenditur, ut dec. 31. 16. 17. par. 7. res., Bonon. successioni de Lenaris Junii 1654. coram Bichio, & in aliis, præsertim non solum resistebat dicta juris regula discretive prælationis in qualibet linea, dum potuissent resistebatur in dispositione transversalis, sed etiam tera non admittendi repugnanciam, sed tantumneam correctionem in eadem dispositione, quæ casus dupliciter remanebat dubius, & correctio de bona fide transactionis videbatur non potuisset dari, proindeque consului, ut à proposita susceptione abstineret, atque puto quod cessavit quieverit.

SPOLETANA FIDEICOMMISSA INTER ILLOS DE ROSA.

Discursus pro veritate.

De divisione inter plures gravatos, & fideicommissarios, an per eam potest iudicetur successoribus venientibus ex propria persona, ita ut per eam fideicommissum respective substat.